


Corso multimediale di letteratura e lingua latina

e-Lectio VIII



2/05/2020
Ante diem VI Nonas Maias
(sive) VI Non. Mai.

Lectio X - Bestiae et homines

Equus et asinus, *leō* et lupus, *canis* et *ovis* bēstiae sunt. *Leō* et lupus sunt bēstiae ferae, quae aliās bēstiās capiunt et edunt.

In Āfricā sunt multī *leōnēs*. *Pāstōrēs* Āfricae *leōnēs* timent, nam *leōnēs* nōn solum *ovēs pāstōrum* edunt, sed etiam *pāstōrēs* ipsōs!

Nōn bēstia, sed *homō* est *pāstor*; *leōnēs* autem nōn solum aliās bēstiās, sed etiam *hominēs* edunt. Ferae et *hominēs* amīcī nōn sunt.

Canis amīcus *hominis* est, ea bēstia fera nōn est.

Aliae bēstiae sunt *avēs*, aliae *piscēs*. Aquila est magna *avis* fera, quae parvās *avēs* capit et ēst. *Avēs* in *āere* volant.

Piscēs in aquā natant. *Hominēs* in terrā ambulant.

Avis duās ālās habet. *Homō* duōs *pedēs* habet. *Piscis* neque ālās neque *pedēs* habet. *Avis* quae volat ālās movet.

Homō quī ambulat *pedēs* movet. *Piscis* quī natat caudam movet. Cum *avis* volat, ālae moventur.

De Latinis historicis - Vita Catonis

- [2] Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco, sorte provinciam nactus Hispaniam citeriorem, exque ea triumphum deportavit.
- 2 Ibi cum diutius moraretur, P. Scipio Africanus, consul iterum, cuius in priori consulatu quaestor fuerat, voluit eum de provincia depellere et ipse ei succedere neque hoc per senatum efficere potuit, cum quidem Scipio principatum in civitate obtinēret, quod tum non potentiā, sed iure res publica administrabatur. Qua ex re iratus senatui, consulatu peracto privatus in urbe mansit.
- 3 At Cato, censor cum eodem Flacco factus, severe praefuit ei potestati. Nam et in complures nobiles animadvertit et multas res novas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur, quae iam tum incipiebat pullulare.
- 4 Circiter annos octoginta, usque ad extremam aetatem ab adolescentia, rei publicae causā suscipere inimicitias non destitit. A multis temptatus non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad vixit, virtutum laude crevit.

Classificazione dei nomi della III decl.

<i>consul</i> <i>consul-is</i>	<i>Cato</i> <i>Caton-is</i>		<i>nobilis</i> <i>nobilis</i>	<i>sors</i> <i>sort-is</i>	<i>ius</i> <i>iur-is</i>
<i>quaestor</i> <i>quaestor-is</i>	<i>existimatio</i> <i>existimation-is</i>			<i>civitas</i> <i>civitat-is</i>	
<i>ensor</i> <i>ensor-is</i>				<i>potestas</i> <i>potestat-is</i>	
				<i>aetas</i> <i>aetat-is</i>	
				<i>virtus</i> <i>virtut-is</i>	
				<i>laus</i> <i>laud-is</i>	
*	**	***	*	***	***
temi in liquida	temi in nasale	temi in <i>tr</i>	temi in ĭ N = G	temi in dentale	neutri in -s

Paradigmi del § 4

<i>suscipio</i> (<i>sub+capio</i>)	<i>suscīpis</i>	<i>suscepi</i>	<i>susceptum</i>	<i>suscipere</i>
<i>desisto</i> (<i>de+sisto</i>)	<i>desistis</i>	<i>destīti</i>	-	<i>desistere</i>
<i>tempto</i>	<i>-as</i>	<i>-avi</i>	<i>-atum</i>	<i>-are</i>
<i>facio</i>	<i>facis</i>	<i>feci</i>	<i>factum</i>	<i>facere</i>
<i>vivo</i>	<i>vivis</i>	<i>vixi</i>	<i>victum</i>	<i>vivere</i>
<i>cresco</i>	<i>crescis</i>	<i>crevi</i>	<i>cretum</i>	<i>crescere</i>

L'altro latino

Tavoletta trovata in Inghilterra nel 1956

...donatur deo Ioui Optimo Maximo ut exigat per mentem per memoriam per cor per medullas per uenas... si masculi si femina quisquis inuolauit [dena]rios Cai digni ut in corpore suo in breui tempore pariat. Donatur deo ss...to decima pars eius pecuniae quam soluerit.

...a Dio Giove Ottimo Massimo si offre [una ricompensa] affinché riscuota da chi ha sottratto i denari di Caio - sia maschio sia femmina - che li sborsi con la sua mente, la memoria, il cuore, il cervello, le vene, in modo in breve tempo che scoti di persona.

Alla divinità sopra scritta si offre il dieci per cento della somma recuperata.


Angolo della poesia

*Tu vis ut cogitem ergo de reditu,
vox quae cadis blanda e caelo!
At pulchrum est hoc paulum diem
qui mihi perlucet tamquam per velum.
Scio esse horam, scio esse sero,
sed paulum adhuc permitte ut spectem!*

*Et sonat etiam hora et mihi tinnit
bis vocem quasi aegrimoniae,
ac postea, iterum facta blanda et tranquilla,
mihi persuadet in meo angulo:
Est sero! Est hora! Sane, redeamus
ubi sunt illi qui (me) amant et (quos) amo.*

Tu vuoi che pensi dunque al ritorno,
voce che cadi blanda dal cielo!
Ma bello è questo poco di giorno
che mi traluce come da un velo!
Lo so ch'è l'ora, lo so ch'è tardi;
ma un poco ancora lascia che guardi.

E suona ancora l'ora, e mi squilla
due volte un grido quasi di cruccio,
e poi, tornata blanda e tranquilla,
mi persuade nel mio cantuccio:
è tardi! è l'ora! Sì, ritorniamo
dove son quelli ch'amano ed amo.



Prossime lezioni

Sabato 9 e 16 maggio

Ore 10.00

Materiali su

weschool